

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula VII. Quod in uno est accidens, in alio non est substantia

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

cognosci, vel' colii à creaturis, non importare aliquod accidentis, quod Deo inhæret; sed sunt istæ denominationes extrinsecæ à creatione, vel creaturæ, & à cognitione & cultu, quem ipsi creaturæ exhibent petitæ.

V. Sed instas?

*Sapientia est accidentis prædicamentale.*

*Sapientia est in Deo.*

*E. accidentis prædicamentale est in Deo.*

VI. Resp. Major vera est de sapientiâ creatum; at Sapientia, quæ in Deo est, & per quam Deus dicitur sapiens, non est alicuius creatura sapientia. Ethuc pertinet illud Theologorum: *Quæ in creaturis sunt accidentia, cum Deo attribuantur, transirent in substantiam.* Solutionem argumentorum Vorstii vide apud Albert. Grauerum d. sp. I. quest. illustr. q. IX. & Beccan. P. I. Theol. Schol. Cap. II, conclus. II. & Cap. XI. Qv. IV. & V.

### REGULA VII.

*Quod in uno est accidentis, in aliò non est substantia.*

I. Si substantia sumatur latè, pro cuiusque rei essentiâ, & accidentis pro prædicato, quod est extra essentiam, aut ut pertinet ad quintum prædicabile, sic quod in uno est accidentis, in alio substantia esse potest: quia quod uni competit ita, ut de essentiâ ejus non sit, sed prædicetur de eo, tanquam

quam accidens quinti praedicabilis, id alterius rei  
essentia esse; & de eo essentialiter praedicari pot-  
est; quemadmodum scientia hominis accidens  
geometriae autem essentia est.

II. At si accidens pro eo sumatur, quod est in  
aliquo ex novem praedicamentis accidentium, &  
substantia, prout peculiare constituit praedica-  
mentum, sic quod est accidens in uno non potest  
substantia esse in alio, & vice versa. Quod testa-  
tur Aristoteles I. Phys. t. 26. his verbis: ἐάν δὲ  
ἴσαι αἱ οὐτεχούσια τὸ οὐτεπόντιον πέρι  
substantiam intelligit, & eum dicit, eam in alio  
non esse, substantiam accidens esse negat.

III. Alexandrum Aphrodisium statuisse per-  
hibent, qualitates primas in elementis, ut calo-  
rem in igne, frigus in aqua substantiam seu for-  
num substantiam, in mixtis vero accidentia es-  
se. Id ex nostra Regula refutatur, & disputatur  
contra eum Averroës V. phys. t. 10. ubi inter alia  
sic loquitur: *Impossibile est, ut aliquid in alio sit de*  
*aliquo praedicamento, & in alio de alio, ita quod*  
*calor sit in hominē de qualitate, & in igne de sub-*  
*stantia.*

IV. Sed obstat, quod Reg. preced. dictum est,  
Sapientiam esse in Deo substantiam, in creaturis  
accidens, & universim quae in creaturis sunt ac-  
cidentia, cum Deo attribuantur, in substantiam  
transire.

V. Resp. Sapientia non dicitur de Sapientia  
Dei

Dei & hominum univocè & secundum unum conceptum. In homine & perfectionem dicitur & imperfectionem; in Deo tantum reperitur secundum id, quod perfectionis est, remotâ qualibet imperfectione. Eadē ratio est aliorum, quae cum in creaturis sint accidentia, in Deo in substantiam transeunt, h. e. substantiae esse dicuntur non enim de Deo & creaturis univocè prædicantur. At Regula nostra de eo loquitur, quod pluribus inest univocè.

## REGULA IX.

*Duo accidentia solō numerō differentia  
non possunt esse in eōdem  
subjectō.*

I. Thomas P. I. q. LXXXV. a. IV. afferit, ne diversarum quidem specierum sub eodem genere (quod procul dubio de proximo intelligit) accidentia posse esse in eodem subjecto simul. Ita enim ibi: *Impossibile est, inquit, idem subjectum, per se pluribus formis unius generis & diversarum specierum, sicut impossibile est, quod idem corpus, secundum idem, coloreetur diversis coloribus, vel figuretur diversis figuris.*

II. Verum isti sententiae obstat, quod plures scientiae specie differentes sub eodem genere proximo in eodem intellectu simul existunt: sicut & plures virtutes morales ejusdem generis, diversarum verò specierum, in eodē appetitu simul consistere certum est.

III.

III  
cunt,  
etū c  
expli  
scient  
eāder  
in ac  
possu  
simul  
  
IV  
est re  
quod  
rarur  
sunt  
quod  
inclu  
jectu  
autt.  
mus  
etian  
dine  
autē  
habe

V  
tia d  
inter  
tē pr  
tica i  
mo c